Linea pontificu

Elizaphat

Joiade vel Judas

Johānes filius Jude

Hieremias

Ezechiel

Lucrecia

Circa hec tpa vt dicit Oroſiꝰ Nox ad magnaʒ partem diei tendi viſa eſt: et ſaxea grando ſcilicet veri lapides deſcenderunt de nubibus.

Hic incipiunt ebdomode Danielis ſcōm Bedaʒ de qbꝰ inter doctores eſt grādis altercatō.

Templo domini in modū caſtri ſexto regno Darij anno perfecto Joachim pontifex cum ſacerdotibus cum tubis ⁊ ornatu ſolēni laudauerit deū.

Templuʒ Salomonis perficitur anno . vii. darii regis perſarum.

Iſte Elizaphat hebreorū ſummus pōtifex ſucceſſit Joachim patri in pontificatu. vt dicit Euſebius. ſedit annis. 52. Vir tanto honore dignus ꝗ ſua prudentia ab Artaxerſe perſarum rege abſolutonem a vectigalibus et tributis pro miniſtris templi obtinuit. poteſtatem quoqꝫ amouendi iudices.

Eliachim anno mundi. 4759.

Iudas quartus ſummus ſacerdos tpe Mardochei. Cui ex Suſis perſarum vrbe miſit epiſtolas de obſeruatione dierū phurym. Conſtat em̄ hūc multe doctrine ⁊ ſanctitatis fuiſſe virū: multis tamē ſeditionibus agitatum.

Iohānes iude pontificis filius quītus hebreorum pontifex. habuit fratrem qui dicebat ieſus qui aſpirabat ad pontificatū confidēs de familiaritate vagoſi prefecti trans flumē. Cū autē ſuꝑ hoc altricaretur cū ieſu in templo adeo incitauit fratrē vt eum occideret. Ideo vagoſus omnia ornamēta templi ſuſtulit.

Azor Anno mūdi. 4809.

De iſto Sadoch (Anno mūdi. 4859.) etiā nihil habet niſi ꝙ ponit Matthei primo cū ceteris in generatione chriſti.

Iſte Hieremias vltimo ꝓphetauit i egipto. Cū qꝫ peccata popoli increpaſſet lapidatꝰ eſt ab eis apud taphnas. Et eo loco lapidibus fuit obrutꝰ ſepultus vbi olim pharao rex habitauerat.

Ezechiel propheta hic poſt mlta glorioſa geſta cuʒ quoſdam redargueret exacerbati ipm equis diſtraxerunt per crepidines ſaxorum atqꝫ excerebrauerūt. Et in ſepulchro Sem filij Noe ⁊ arphaxat eiꝰ filio ſepultꝰ.

Zacharias

Zacharias et Aggeus anno ſcdo Darij increpauerunt populum propter negligentiam eorum et edificandum domū domini. et ſolicitabant Sorobabel vt loquaretur ſuper hoc regi. Et annuit rex: et accenſuʒ eſt cor populi vt edificarent templū. Tandeʒ poſt multa bona opera cōpleto templo. Et ipe obijt Et iuxta aggeum prophetam ſepultus fuit.

Lucrecia matrona romana omnium romanarū mulierum pudiciſſima formaqꝫ ⁊ elegantia clariſſima coniunx collatini a ſexto Tarquinio tarquinij ſuperbi filio per vim ſtuprata ſemetipam interfecit. Tarqnio igit expulſo romani reges defecere. Cum ibidem regnatum fuiſſet ſub regibus ſeptem annis. 240.

Linea Chriſti

Templum Salomonis

Eliachim

Azor

Sadoch